1

Copia del Privilegio

Nos Philippus Dei gratia etc. Cum in favorem Marquionum de Quirra Privilegium iurisdictionis criminalis meri, et mixti imperij Ville, et honoris de Nules in dicto Valentie Regno Guvernatorio nomine Die XXIX mensis Ianuarij anni MDCXIV per Regem Patrem, et Dominum nostrum indelebilis memoria ac semper collendissimum fuerit concesum, cuius tenor sequitur sub his verbis: Pateat cunctis quod Nos Philippus Dei Gratia etc. atendentes quod Iustitia administratio in partes distribui, et ad eam exercendam varios adiuctores ellegi non inlonguum imo perutile ac valde necesarium Reges, et Principes Iudicarunt, precipue quando talibus comititur viris, quorum fide, vigilantia, authoritate, et prudentia summo equitatis iure subditos moderari minime dubium est, hinc fit, quod nos memoria repetentes fidem, vigilantiam, amorem, et studium, quibus cuncti Predecesores tui illustris nobis dilecti Don Christophora Carroz et Centelles Marquionis de Quirra Regno Sardinie, cuius ese dicitur Villa, et honor de Nules, Moncofa, Mascarell, et la Villa Vella in Regno Valentie, ab ore nostro familiaris Serenissimis Regibus predecesoribus nostris in

Arxiu Historic Nules

utriusque pacis, et belli temporibus servierint ad-
continuationem, et perseverantiam, qua eos toto tue
Vite cursu imitatus, et primo in ministerio exolenti
fuit amanuensis Serenissimi Patris, et Domini
mei, deinde vero in aliis pluximis ocasonibus
que in predictis Sardinie, et Valentie Regnis
respective tractu temporis sese obtulerint tibi ad
summam Virtutis, et Vigilantie Gloriam preten-
dens, labores et pericula pro nostro servitio sub
ire non recusasti, immo perspectissima devotionis
et sincere tue in nos fidei argumenta dedisti,
presertim tempore cum Mauros â Regno Valen-
tie expelire iussimus, jam cum omnibus nego-
tium hoc arduum, et per dificile videretur, ac
dificultates et impedimenta, ac damna in de
tibi resultantia parvipendens inter ceteros titu-
latos, Varones, et Nobiles dicti Regni, qui iussioni-
bus, et decretis nostris obtemperare vere, expri-
mis fuisti, Mauros supradictos ~~tuos~~ protinus
per Oficiales tuos ad naves conducere, dum illis
ascendere faciens, quo exemplo facilius incep-
tum obtatum finem abuit, et Regnum ipsum
per fida gente expulsa, et Ultra Mare transiens
ta, securum statum, atque tranquilum adep-
tus est, que omnia remuneratione, et largitate

nostra digne quivis existimavit; considerantes pre
terea te dictum Marquionem, tenere et posidere
in dicto nostro Valentie Regno dictam Villam et ho
norem de Nules, Monquofa, Mascarell, et la Villa Vel
la, inquibus solum habes iurisdictionem Alfonsi-
nam, non vero omnimodam, scilicet altam, et
baixam, Merum, et mixtum imperium, nisi illud
et illam que Vigore fori Regis Alfonsi competit non
abentibus Merum Imperium, sinequo, et dicto Me
ro imperio vix comode et debite Justicia Ministra
ri potest, quapropter volentes erga te aliquod nostre
magnificentie, et liberalitatis testimonium extare,
tenore presentis nostre Carte cunctis futuris tempo
ribus valiture de nostra certa sciencia, Motu pro
prio, deque plenitudine nostre Regie potestatis de
liberate et consulto per nos, et sucesores nostros
heredes, et sucesores quoscunque damus, donamus,
de gratia expesiali sedimus, et consedimus tibi
prefato Marquioni de Guirra, et tuis in dicta Vila
et onore de Nules, Moncofa, Mascarell, et la Vila Vella
et terminis eorundem sucesoribus in perpetuum
totam et omnimodam iurisdicsionem altam et ba
xiam, merum, et mixtum imperium cum ret
ditibus, fructibus, et emolumentis eorundem, quod
et que non abes, ita quod tu, et tui sucesores in
dicta Vila et onore de Nules, Moncofa, Mascarell,
et la Vila Vella earumque terminis in perpetuum

Arxiu Històric Nules

dictum Merum et mixtum Imperium, omnimo
damque Iurisdiccionem cum dictis emolumentis,
quam etque Nos abemus, et nostri predesesores a-
bebant, et actenus in illis abuerunt, persipiatis,
legatis et exerceatis Gubernatorio Nomine, et tam
quam Gerentes Vises Nostri Generalis Gubernatoris
per vos, aut per vestros supstitutum vel supstitutos, non
solum inter vasalos vestros, set etiam inter quas
cumque personas intra dictam Vilam et Onorem
de Nules et ylloru[m] terminos delinquentes, ipsos capi
endo, de culpis et delitis cognosendo, castigando, re
mitendo, et condemnando, prout nos et nostri ante
sores fasere poteramus ante presentem consesio
nem, poteratque etiam Gerens vices Nostri Gene
ralis Gubernatoris dicta Civitatis et Regni, contra
dicione, et impedimento sesantibus quibuscumque,
quam quidem gratiam facimus tibi cum pactis
et condicionibus sequentibus et non aliter, nec
alio modo; videlicet, quod tu, et tui in dicta Vila
et Onore de Nules, Moncofa, Mascarell et la Vila
Vella, et earum terminis susesores in perpe
tuum, merum et mixtum Imperium supra
dictum, et omnimodam Iurisdicsionem exer
seatis tanquam Gerentes vices Nostri Generalis
Gubernatoris in dicta Vila et Onore de Nules,
Moncofa, Mascarell, et la Vila Vella, et terminis
earundem, sicut et quem ad modum noster

2

Gerens vices Generalis Gubernatoris in dicto Valentie
Regno exercet, et in omnibus actis Iudicialibus et
extra Iudicialibus positis nominari Gerens vices
Nostri Generalis Gubernatoris, et in Sentensiis ferendis
inscribi debeat, quod ille ate et tuis feruntur tanquam
Gerentes vices Nostri Generalis Gubernatoris in
dicta Vila et Onore, et illarum terminis, a quibus
Sentensiis posint partes appelare ad locumtenen
tem, et Capitaneum Generalem Nostrum, et ad
Regiam Audienciam predicti Valencie Regni, tan
tum, et non ad alios Iudices cuiuscumque autori
tatis, et preeminencie sint declarantes, quod per
huiusmodi pacta et condiciones non intendimus
auferre tibi nec tuis in predictis susesoribus fa
cultatem remitendi et componendi delicta que
ex dicta foros, usus, et consuetudines, et Privilegia
dicti Regni remitere et componere non potest
noster Gerens vices Generalis Gubernatoris, nec
fructus, reditus, et emolumenta dictarum Iu
risdicsionum, et conposisionum; quinimo volu
mus suplicta gracia et consesione includi, quod
valeas remitere et componere quecumque delicta,
que a Baronibus abentibus Merum Imperium
remiti et condonari posunt, servatis foris, et Pri
vilegiis Regni et quod tu et tui in his susesores
abeatis, vestris que usibus, et utilitatibus aplicetis
fructus, redditus, et emolumenta dictarum

Arxiu Historic Nules

Iurisdicionem et composicionum; et quod de his no-
bis et nostris reddere rationem minime teneam-
ni, sed ut propiis vestris habeatis incomodum
et utilitatem vestram, et omnimodam volun-
tatem vestram convertentes, cum quibus pactis,
condicionibus, et retencionibus yta declaratis, et
non aliter nehc alias modo quo supra, dictam
gratiam, donacionem, et concesionem facimus
pro ut melius dici, et intelligi posit ad vestri tuorum-
que in predictis succesorum salvamentum, sanu
et bonum etiam intellectum volentes, et exprese
decernentes, quod presens nostra donatio, conce-
sio et gratia nullo in iudicijs, aut extra senci-
at opugnationis defectu defectum incomodum,
aut noxe cuiuslibet alterius detrimentum, sed
imo semper robore, et firmitate persistat, ex-
traendo predicta omnia, et singula, que tibi, et
tuis pure libere, et absolute ad in perpetuum
damus de iure, Dominio posesione, et propie-
tate nostra, et nostrorum, eademque omnia et
singula in tui, et tuorum jus, Dominium, po-
se, et posesionem mitimus, ponimus, et tran-
ferimus irrebocabiliter inducentes te, et tuos
de predictis omnibus, et singulis que tibi, et eis
damus per tradicionem huius publici stru-
menti, et alias in corporalem posesionem, seu
quasi, quam posesionem promitimus sub fide

nostra Regia tibi, et tuis tradere, vel tradi face-
re per oficiales nostros ad omnimodam tui, et
tuorum requisitionem, vel si malueritis, posits
eam propria authoritate aprehendere, licen-
cia nostra, seu nostrorum oficialium minime
expectata, sive etiam requisita atque meta
pene alicuyus; verum antequam regimini
et exercitio dicte tu, et tui in eis succesores
immiceatis iurisdictionis, iurare debeatis in
posse illius atque quem spectet, debere fideliter
et legaliter in eadem vos avendo, et alia faci-
endo, que teneamini, et sitis at strictis, sereni-
simo propterea Philippo Principi Asturiarum
ettª filio primogenito nostro carissimo, ac
post felices, et longevos dies nostros in omnibus
Regnis, et Dominijs nostris, Deo propitio, ime-
diato heredi, et legitimo succesori, intentum
aperientes nostrum sublaterne benedictionis
obtentu, dicimus eumque rogamus illustris vero
nobilibus, magnificis dilectisque consiliarijs,
et fidelibus nostris locumtenenti et Capitaneo
Generali nostro, Regenti Cancelariam, et Doc-
toribus nostre Regie Audientie, Gerentibus
que vices nostris Generalis Gubernatoris,
Bauilis Generalibus, Magistro Racionali

Arxiu Històric Nules

cumtenenti nostri Generalis thesaurarij, advo-
cati, et Procuratoribus Fiscalibus, et Patri-
monialibus, Iustitijs, Iuratis, Aquacelijs, Vir-
garijs, Portarijs, ceterisque demum Universis
et singulis officialibus, et subditis nostris Ma-
yoribus, et minoribus in predicto nostro Valen-
cie Regno Constitutis, et Constituendis, ipso-
rumque officialibus locumtenentibus, seu
officia ipsa Regentibus, et sub rogatis presen-
tibus, et futuris ad incursum nostre Regie in
dignationis, et ire, poneque florenorum auri
Aragonum Mille nostris Regijs inferendorum
Erarijs, pro prima et secunda iussionibus,
dicimus, precipimus, et iubemus, quod te dic-
tum Marquionem de Quirra, et tuos in
predicta Villa et honore Successores propor
tantibus Vices nostri Generalis Guberna-
toris in illis habeant, teneant, reputent,
honorificent, atque tractent, dictamque omni
modam iurisdictionem, merum, et mixtum
imperium exercere sinant libere, et absque
impedimento aliquo, et illi ad quos spectet,
impetionem dictis iurisdictionis meri, et
mixti imperij te, et illos ponant, et immitant,
positosque, et immisos manuteneant, et defen

dant contra cunctos, et non contra faciant,
vel veniant, aut aliquem contra facere, vel
venire permitant, nec gerens Vices nostri
Generalis Gubernatoris Civitatis, et Regni
Valencie, et eius locum tenens in eadem Ci-
vitate, et Regno, ac in Villa Castillionis Pla-
niciei illo unquam tempore Vos in dicto exer
citio perturbent, vel perturbari presumant,
si preterhire, et indignationis nostre incursum,
penamque preopositam cupiunt devitare,
in cuius rei testimonium presentem fieri
iussimus nostro Regio communi sigillo in-
pendenti munitam, quod est datum, et ac
tum in opido nostro Matriti die Vigesima
nona mensis Ianuarij anno a nativitate
Domini millessimo septentessimo decimo
quarto, Regnorumque nostrorum decimo sep-
timo. Signum Philippi Dei Gratia Regis Cas
telle, Aragonum etc., qui predicta laudamus
concedimus, et firmamus = Yo el Rey = Vi-
dit Roig Vice Cancellarius = Vidit Comez te
saurarius Generalis = Vidit Dn Josephus Ba-
nato Regens = Vidit Don Philippus Tallada
Regens = Vidit Fontanet Regens = Vidit Marti-
nez Vochim Regens, Vid.t Marin Regens

Arxiu Històric Nules

Vidit Augustinus Villanueva Regens tex Generalis. Testes qui premisis fuerunt presentes sunt Illustris Don Franciscus A Sandoval, et Roxas Dux Lerme etta, Don christophorus de Roxas et Sandoval Dux Ucede. Dn. Joannes de Mendoza Dux del Infantado, Don Enrricus de Guzman Marquio de Povar. Didacus Gomez de Sandoval Comes de Saldaña Don Franciscus de Borja Princeps de Esquilache Don Gomecius de Guzman Marquio de Fuentes, Don Antonius de Avila cubicularij prefate Mayestatis. Signum Dominici Ortiz Sacre Catholice Regie Mayestatis Secretarij qui premisis interfui eaque de eius mandato Scribere feci, et clausi = Dominus Rex mandavit mihi Dominico Ortiz in cuius posse Sacra Mayestas con cesit et firmavit. Vidit Per Roxas Vice Cancelarium, et alios. In diversorum Valencie duodecimo folio quinto. Consultado = Solvit Vnmille et ducentos solidos = Safont locum tenentis Protonotarius.

3

Privilegium Confirmatorio

= Et quia pro parte tui Illmi Don Joaquimi Carroz de Centelles Marquionis nunc de Quirra, cuius ese dicitur Villa, et honor de Nules, Moncofa, Mascarell, et la Villa Vella in sepe dicto nostro Valencie Regno, nobis fuit expositum, et deductum, quod Rex Pater, et Dominus noster Philippus Semper recolende memorie gratiam Don christophoro Centelles genitori tuo obingentia, et magna obsequia Domus tue de iurisdictione Suprema in dicta Villa, et honore de Nules, Moncofa, Mascarell, et la Villa Vella, et suis in dictis succesoribus cum clausulis contentis in privilegio suo inserto fecit, quodque tu et tui in posetione existentes quiete, et pacifice per curriculum plus viginte quinque annorum, procurator Patrimonialis nostre Regie Audientie Valentine una cum Sindico dicte Ville, et honoris instat coram eadem Regia Audientia, et pretendunt dictam iurisdictionem titulo Gubernatorio datam, et concesam minime potuise concedi, nec dari, et propterea tui pro parte fuit nobis Suplicatum ut notum Privilegium iurisdictionis sepe dicte elargiri primumque Scilicet, et preinsertum ratificare, et confirmare dignaremur, mandantes, quod Advocatus, et Procurator Patrimonialis, qui nunc sunt, et pro tempore fuerint, ex nunc pro tunc nullo modo, via, et forma, directe vel indirecte

Arxiu Historic Nules

principaliter nec de perse, et interpositam perso-
nam, neque auxilium prestantes Vicinus dicte
Ville et Varonia de Nules nec illos coadiuban
tes nullam instantiam neque dilligentiam ad
efectum revocandi, anullandi; nec reformandi
intotum vel inpartem preinsertum Privile
gium faciant, neque permitant fieri; sed
potius firmum, validumque, et perpetuum
illud remaneat, quodque si dicti Advocatus,
et Procurator Patrimoniales huic contra ve
niant petitioni, et suplicationi, non admitan
tur, neque in iudicio, vel extra audiantur,
nullius ve roboris, et valoris ipsarum sint peti-
tiones, et demande adicientes huic novo pri
vilegio clausulam precipuam, et expresam de
sublata potestate, et facultate seu agendi
cumaliis clausulis perpetuam firmitatem,
et stabilitatem continentibus, proqua quidem
gratia, et nova concesione nobis inserviistis
cum sexmille regalibus seu regalibus argenteis
monete duplicis ad sumptus Belli pre
sentis, et nos tui obsequia, et Domus tue, ac
servicium dictorum sexmile regalium

modo quo infra petitionem hanc
fore amplectendam iudicavimus. Tenore igitur

presentis de nostra certa ciencia, Regiaque au
thoritate deliberate, et consulto, ac ex gratia spe-
ciali, maturaque Sacri nostri supremi Concilij,
nostri Aragonum Concilij accedente delibera
tione, et nobiscum facta consultatione, tibi il
lustri Don Joaquimo Carros et de Centelles
Marquione Quirra omnia partes sit suum su
plicata, et ambis petita elargimur, et con
cedimus, Privilegiumque preinsertum
aprovamus, et confirmamus aprima eaum
linea usque ad ultimam, nostroque novo,
si oportuerit, laudationis, confirmationis, ra
tificationis, et aprovationis munimine, robo
reque, seu presidio roboramus, validamus,
et stablimus authoritatemque nostram, interpo
nimus, pariter, et decretum. Decernentes, et
mandantes nostris Advocato, et Procuratori
Fiscali, et Patrimoniali, et aliis officialibus, et
Ministris quinunc sunt, et protempore fuerint,
quod principaliter de perse, nec interpositam
personam, quoquomodo via et forma directe,
vel indirecte nullam instantiam, vel dilligen
tiam faciant, nec Vicinos Ville, et Varonia de
Nules quoadiubent ad efectum revocandi.
et anullandi, nec reformandi

Arxiu Històric Nules

in partem Privilegium preinsertum, sed potius firmum et Validum semper remaneat: Quod si casus tulerit, quod minime opinamus, dicti Advocatus, et Procurator Fiscalis, et Patrimonialis, et alij Oficiales, et Ministri aum fuerint huic contravenire dispositioni, et declarationi, Volumus eosdem non admiti, nec audiri in iudicio nec extra, nullumque petitionem et demandam sortiri efectum, et auferimus ab eisdem omnem secus agendi cam nullitatis decretum potestatem, et similiter Volumus, et mandamus, quod presens nostra iurisdictionis yam concesa aprovatio, ratificatio, et Confirmatio, et nova abdicationis et interdictionis concesio sit et ese debeat tibi dicto Marquioni et tuis in dicta Villa et honore seu Varonia de Rules succesoribus, Stabilis, Realis, Valida, atque firma, nullumque in iudicio et extra senciat inpugnationis obiectum, defectus in comodum, aut noxie cuiuslibet alterius detrimentum, sed suo semper robore et firmitate persistat. Et tandem suplemus ex nostre Regie potestatis plenitudine legibus absolute, qua in hac parte. Uti Volumus, omnes, et quoscumque

defectus, ac solemnitatum et clausularum ommitiones, nullitemque, ac Vitium, si quod, Vel que in premisis, et circa ea ad notari, seu obici quoquomodo posint. Hoc tamen expreso, et declarato, quod ius prosequendi litem contra te dictum Marquionem super iurisdictione positam, et contestatam Vasalijs eiusdem Ville, et Varonie de Rules, remaneat salvum, et illesum absque tamen, ut predicitur, Advocati, et Procuratoris Patrimoniales, et aliorum Oficialium, et Ministrorum auxilio, et asistentia. Serenisimo propterea Baltasari Carolo Principi Asturiarum etta. Filio primo Genito nostro Carissimo, ac post felices et longevos dies nostros in omnibus Regnis et Dominijs nostris, Deo propicio, imediato Heredi, et legitimo Succesori intentum aperientes nostrum sub Paterne Benedictionis obtentu dicimus eumque rogamus, Illustris Viro novilibus magnificis dilectisque Consilarijs, et fidelibus nostris locumtenenti, et Capitaneo Generali nostro, Regenti Cancelariam, et Doctoribus nostre Regie Audiencie gerentibusque Vices nostri Generalis Gubernatoris, et eorum locumtenentibus, Vaiulis Gene

ralibus, Magistro Rationali, Locumtenenti nostri Generalis tesaurarij, Advocatiquoque et Procuratoribus, Fiscalibus, et Patrimonialibus, Justicijs, Juratis, Alguacerijs, Vergarijs, et Portarijs, ceterisque demum Universis, et singulis Officialibus, et Subditis nostris, maioribus, et minoribus in predicto nostro Valencie Regno Constitutis, et Constituendis, dictorumque officialium locum tenentibus, seu officia ipsa Regentibus, et Subrogatis presentibus, et futuris ad incursum nostre Regie indignationis edire peneque florenorum Auri Aragonum mille nostris Regijs inferendorum erarijs dicimus, precipimus et iubemus, quod presentem Confirmationem, aprovationem, et iurisdictionis ratificationem, ac laudationem, ex una, et altera partibus inhibitionem, et Advocato, et Procuratori, Fiscali, et Patrimoniali abdicationem habeant, et teneant, et non Contrafaciant, vel veniant aut aliquem contra facere, vel venire permitant ratione aliqua sive C[...]a dictus Serenissimus Princeps nobis morem gerere, ceteri vero Officiales, et Subditi nostri predicti gratiam nostram

charam habent, ac preter iram, et indignationis nostre in curssum pennam preapositam cupiunt evitare, Volumus autem, et exprese iubemus quod antequam hoc Privilegio utaris, illud in officio Secretarii regesti presentare tenearis, ut ibidem premissorum ratio summarie dequibus per anotationem dicti Secretarij in eodem factam Constet. quod si predicta intra quadrimestre adie date presentis non ad impleveris persone vel personis, at quam, seu quas predictorum exercitum spectet dicimus, et precipimus quatenus presentem gratiam non admitant, quia eam nullius roboris, et valoris esse declaramus, in cuius testimonium presentem fieri iussimus, nostro Regio communi sigillo impendenti munitam. Datis in nostra Civitate Conque die decima octava mensis iunij anno anativitate Domini milessimo sexsentessimo Quadragesimo secundo, Regnorum autem nostrorum Vigesimo secundo.

Yo el Rey = Dominus Rex etta. = Vidit Cardinalis Ltta. = tome la razo[n] [en] la escribania del Regno a dos de Julio de 1642. = Esta p[...] da la media Rata = Indivers[...]orum Valen[...]

Arxiu Historic

3o folio 48 = Vuestra Magestad etta
dinstancia de Dn Joaquin Carros de Centelles
Marques de Quirra Confirma, y aprueva
el Privilegio aqui in serto de la Juris
diccion Suprema sobre la Villa y Varo-
nia de Nules, con prohibicion al Aboga
do y procurador Fiscal, y Patrimonial,
que no coadiuben al sindico de la dha
Villa, y Varonia en el Pleyto de la dha =
Jurisdiccion, quedando el drecho a sal
vo a los Vasallos para proseguir le. =
Solvat centum solidos = Consultado =
Haro protonotario

Arxiu Històric